in bello occidi deberet tot saltus cum dominus cum equo
sederet fecit. Habuit et falconem optimum qui si non
expediebat bellum domino tunc idem equi cum cingulato
tenebat preter domino signa milites erat expertus quem
debellare sibi veniebat ut non capiebatur iste consolato
ad tornamentum sub castro eius proclamatum armatus
equitavit domina et milites cum familia sequebatur ita
quod solus puer cum duobus animalibus in castro mansit. Erat
quidam serpens in foramine castri muri occulte multis
temporibus suum ex foramine exposuit et cum neminem
videret nec audiret ad puerum in cunabulo accessit ut
eum occideret. Falco serpente viso cepit incitare le-
porarium dormientem cum alis fortiter percussit ac si
diceret leporario surge et adiuva puerum. Leporarius
sonitu alarum excitatus contra serpentem pugnavit. Serpens
leporarium momordit quod multum de sanguine amisit et
superficies plena erat sanguine leporarii. Lepora-
rius sentiens se vulneratum fortiter cum magno impetu
serpentem invasit quod ipsum tandem occidit et cunabulum cum
puero eversum fuit. Habuit tamen cuna quattuor pedes ita
quod propter longitudinem facies pueri terram non tetigit. Ser-
pens occisus iuxta murum iacebat vulnera sua lambens. Ludo fi-
nito milites postea intraverunt castrum. Cum vero cerneret
cunam eversam et terram sanguinolentam et leporari-
um propter crudelitatem dicebat quod credebat quod leporarius oc-
cidit puerum et non fuerat ita prudentes quod cunam eleva-
rent et quod actum esset de puero viderent sed dixerunt confu-
giamus ne nobis dominus noster culpam imponat et interficiat nos.
Cum autem essent in fuga domina eorum obviabat eis et ait
quomodo est quod tristes venerunt. Domina heu nobis et vobis
leporarius quem tantum dilexit dominus noster filium nostrum unicum
cum tunc sugillavit et ibi iuxta puerum faciat cum sang-
wine iacet et tota superficies circa cunam de sang-
wine pueri plena est. Domina cum hoc audisset ad terram

a9

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_928/0170
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG